



Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Septima est, Execratio, vel maledicendi siue imprecandi rabies.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo, quām per cætera vitia. Dæmones scientes pulchritudinem esse animæ, castitatem, & per hanc hominem angelicis meritis, ē quibus illi lapsi sunt, coquari, liuore percussi inuidiæ, injiciunt per sensus corporis, opus desideriumq; libidinis, quatenus à cœlestibus deorsum deiectam animam pertrahant, secumque quos vicerint, gloriantes ad tartara ducant. Nouit optimè Dæmon, vehementissimum esse carnis ardorem, & animum, quem occupauerit, non facile liberari. Etenim vt S. Ambros. ait in cap. 4. Lucæ. quasi clavis quibusdam suffigitur anima corporis voluptatibus, & cum semel adhæserit cupiditatibus demersa terrenis, difficile in altum potest, vnde descendit sine Dei fauore reuolare. Actuum enim suorum vincita laqueis, & deliciarum secularium illecebris obnoxia iam tenetur. hæc Ambrosius.

Septima est, Execratio, vel maledicē-

*7. Causa,
maledicendi
rabies.*

disue imprecandi rabies.

Q

VOD quidem peccatum multis usitatissimum est, vt minima occasione & aduersitate oblata, se suosq; Dæmonibus & diris omnibus deuoueant; & tunc aliquando iusto Dei iudicio malum euenit, quod imprecantur. Quare Proverb. 8. dicitur: sicut avis ad

alta

alta transuolans, & passer quolibet vadens; sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet: & in Psa. 108. Dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Hinc compertum est experientia, diabolum sumpsisse quandoque hanc occasionem perducendi ad maleficium.

*Octaua, quæ frequentissimè in muliebri
8. cauſſa, ſexu locum habet, eſt defolatio, ſiue nimia
Nimia triſtitia, aut puſillanimitas in aduersis.*

DVM enim fœminæ in aduersitates calamitates, aut perturbationes incidūt, animum abiciunt, maximè quando non eſt qui confoletur, aut consilio iuuet. Hanc oportunitatem Dæmon perſcrutatur, atq; ſub fidicē personæ forma, auxilium, cōſilium, & patrocinium promittit, cum maxima deceptiōne. Huic adiungere possumus immoderatam irā, qua multi ſe vindicare de alijs per fas & nefas cupiunt: quod quando propter fragilitatem non poſſunt, malignus ſe offert, & inspirat vindictæ modos. Sed nunc cūm contingat inter alias vnam eſſe cauſam præcipuam perſuerantia in tam graui atq; intolerabili Dæmoniſiugo, de hac paulo latius aliquid dicendum pro remedio contra hoc durum vinculum.

*Nona cauſa perſuerantia in tanto
ſceleſtiſtate.*